

D. T H O M Æ  
D E R O S A

CAVEN. OLIM EPISCOPI S. ANGELI;

Ac deinde Polycastren.

T R A C T A T U S  
D E E X E C U T O R I B U S

L I T T E R A R U M A P O S T O L I C A R U M

Tam Gratiaë, quàm Justitiæ.

CUM ADDITIONIBUS AD QUÆLIBET CAPITA,

scorsim aliàs impressis; necnon Tractatu de Executoribus Litterarum Remif-  
forialium in ordine ad Processus pro SANGTORUM Canonizatione, una cum  
Praxi, suis locis apprimè accomodatis.

OPUS ECCLESIASTICIS CURIIS VALDE UTILE,

*Ac necessarium;*

CUM NONNULLIS DECISIONIBUS SACRÆ ROTÆ

Romanæ; & Indice Materiarum locupletissimo.

*De la Librairie de Monsieur de Guise.*



VENETIIS, M.DC.XCVII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



# A U T H O R

Ad Benevolum Lectorem.



Um Apostolicas Litteras , in hoc præsertim Neapolitanorum Regno , præcipuè illas quæ Gratiam continent , nulliter , perperamque exequi , experientia comprobasset , & exinde innumera evenire nocumenta : opere pretium esse putavi , quæ sparsim à Doctõribus in subjecta materia scripta fuere , in unum integrum tractatum cumulare . Id feci ad DEI Opt. Max. Gloriam , animarumque salutem , nec aliquid proprium in hoc , nisi laborem cumulando suscipio . Vale .

INDEX



1

# D. THOMÆ DE ROSA,

## TRACTATUS

### DE EXECUTORIBUS LITTERARUM

#### APOSTOLICARUM.

#### Pars Prima.

Litteræ Apostolicæ possunt continere vel Gratiâ, vel Justitiâ: Ideo tractaturum de executoribus Litterarum Apostolicarum, de utrisque Executoribus agere me oportet. Incipiam igitur ab Executoribus Litterarum Apostolicarum continentium Gratiâ; Postea verò de Executoribus Litterarum continentium Justitiâ: Breviterque quantum possumus, Deo operante, ad ejus gloriam Tractatum hunc pro viribus mihi superius collatis, absolvere conabor: Et primò agam de illis quæ pertinent ad Executores in genere, deinde de unoquoque Executorè in specie, & cujuslibet Gratiæ usû frequenti.

#### CAPUT I.

De Supplicatione, in qua Gratia perficitur, & quando dicatur Gratia facta, & in Jure esse perfecta?

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Vi obtineri possit Gratia, oportet, ut concipiatur Supplicatio humilis.*
- 2 *Supplicatio scribitur in medio folio papyri, vel in folio, prout materia suadet.*
- 3 *Supplicatio scribitur characteribus Italico, sive Gallico, & Latino sermone.*
- 4 *Supplicatio dividitur in duas partes.*
- 5 *Supplicatio porrigitur D. Datario, qui est vel Prelatus, vel Cardinalis.*
- 6 *Datarius dat Supplicationem Officialibus Datarie, à quibus in calce Supplicationis fit Summarium.*
- 7 *Summarium in supplicatione secundum Amayden fit vel à D. Subdatario, vel eius Substituto in plica Supplicationis.*
- 8 *Facto Summario in Supplicatione, fit fasciculus Supplicationum qui deferitur à Domino Datario, vel Subdatario Sanctissimo nostro Papa, qui lecto Summario, firmat Supplicationes.*
- 9 *Papa firmat Supplicationes in duabus partibus proprio nomine Baptismatis.*
- 10 *Papa firmat Gratiâ per verbum fiat.*
- 11 *Quare Papa firmat Supplicationes nomine proprio, in Litteris verò super expediendis apponatur nomen quod assumptum est in electione.*
- 12 *Refertur opinio Sarnensis usque ad numerum 15.*
- 16 *Refertur opinio Sarnensis usque ad numerum 20.*
- 20 *Non omnibus quæ à Majoribus nostris facta sunt ratio assignari potest, sed stylis acquiescendum est.*
- 21 *Cur Papa in prima Signatura subscribat fiat, ut petitur: in secunda verò potius fiat, & refertur Doctrina Amayden, qui tres congruentias asserit.*
- 22 *Refertur tertia congruentia, sive ratio Amayden.*
- 23 *Multe Supplicationes non firmantur per Papam, sed per aliquem Prælatum, vel S. R. E. Cardinalem, qui habet Signaturam per concessum.*
- 24 *Signatura per concessum fit in Beneficiis exigui valoris, & pro Regno Gallie.*
- 25 *Signata Supplicatione per Papam, traditur Supplicatio Revisoribus revidenda.*
- 26 *Si pro Gratia est solvenda Componenda, Officiales apponunt in calce litteram C. id est componat.*
- 27 *Officialis parva data, apponit in Supplicatione datam diem, & mensis, ac annum Pontificatus absque particula Datum.*
- 28 *Soluta Componenda si solvenda est, Supplicatio remittitur ad D. Datarium, qui apponit Datum magnam, quæ est attendenda.*
- 29 *Postquam D. Datarius apposuit Datum magnam in Supplicatione, illa mittitur ad Officium de Missis, qui auferit Datum parvam.*
- 30 *Ab Officiali de Missis Supplicatio mittitur ad Registrum.*
- 31 *Supplicatio postquam est registrata auferatur à Magistris Registrari, qui illam mittunt ad Cancellariam.*
- 32 *Supplicatio in Cancellaria distribuitur inter Abbreviatores.*
- 23 *Abbreviatores maioris Residentie qui, & quale eorum officium.*
- 34 *Quid solvatur Dominis Abbreviatoribus pro consuetudine munita, & quid remittatur remissive.*
- 35 *Abbreviatores vocantur Periti Supplicationum.*
- 36 *Abbreviatores possunt vigore suarum facultatum addere, detrahere, & mutare in Supplicationibus non alterata substantia Gratiæ.*